Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38125
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

Tunc adimplēdum est qd dictū ē p prophēta:
& hoc aū totū factum est ut adimplerentur
scripturae prophētarū; Et apostolus pētrus
de dno testimoniū perhibens adiecit. & ha
bemus firmiorem prophēticū sermonem.
cui benefacitis adtendentes; Bene autem
singulis tabulis binae bases subponuntur.
ut consentiat prophēticae adtestationis in om
nibus quae apostoli dixere monstrātur; uel
certe binae bases singulis tabulis per duos
angulos subiciuntur. ut bene suffultis an
gulis. tota recte & indeclinabilitēr possit
tabula consistere. Quia omnis apostoli &
euangelici sermonis in pphēticis litteris &
intrā praesignatū inuenitur & finis,
Omnis apostolorū successorūq; illorum ueta
ab initio fidei usq: ad terminum uitae pēsentis.
eisdem mysticis testamentis uēlis constat in
serta esse paginis. Bene eadem bases argēn
teae sunt factae. propter nitorem uidelicet
uerbi caelestis. Eloquia enim dni eloquia
casta. argentū igne examinatum terrae.
In latere quoq: secundo tabernaculi qd uergit
ad aquilonem. uiginti tabulae erunt quadra